pōteſt corrigere negligit· Palam ſunt arguendi q̄ pa
lam nocent· Vnde clare patet ꝙ correctio ſm̄ omnes
ſpecies eius nō ſolum eſt licita ·ſed eciā neceſſaria:
et obligat vnūquēq; ſm̄ ſtatum ſuum ſub pena pre
cepti: hoc eſt dicere· ꝙ q̄ eā negligit peccat mortali
ter: et q̄ eam debite exercet· meretur vitā eternam·
Verū ſi iam michil vltra eſſet neceſſe dicere: poſſemꝰ
hic ſtare· Sed q2 vt ſup̄ dictū eſt· multa req̄rūtur
ad hoc vt debite ipſa correctio fiat· ſicut m̄lta requi
rūtur ad artē medicine ſi debite exerceri debeat: ideo
iſto p̄ſuppoſito ꝙ correctio licita ſit et neceſſaria · in
ueſtigandū iam reſtat de hijs q̄ ad hoc ſpectant vt
debite fiat· Et primo qualis debeat eſſe corrector·

Qualis debeat eſſe q̄ alium vult corrigere.

Dicendum ꝙ ſicut ſancti doctores colligūt ex ſep
timo capitulo ⁊ ·18· mathei· ⁊ ex ·6· capitulo ad gal·
et alijs ſcripturis ad materiā iſtam ptinentibꝰ · qua
tuor debet habere q̄ aliū vult debite corrigere: ſ· cari
tatē· hūilitatē· prudēciam· paciēciā· Hec enim q̄tuor
faciunt hominē vere ſpiritualem: qualis eſſe debet
corrector· vt apoſtolus dicit gal· 6· et ſunt neceſſaria
corrigere volenti: in tantum ꝙ ſi vnum deſit· inſuffi
ciens eſt ad magiſteriū iſtud ſpirituale· Primo igi
tur debet habere caritatem: quod colligitur ex capi
tulo ·18· mathei vbi dn̄s premiſit parabolā de centū
ouibus: quarū vna perierat· ⁊ inuentā cum gaudio
reduxit· Et ſtatim ſubdit· Sic non ē voluntas an

te patrem meum q̄ in celis eſt:vt pereat vnus de pu-
ſillis iſtis. Et ſequitur immediate. Si peccauerit in
te frater tuus. Quaſi diceret. Exemplo mei reduc ſol-
licite eum:q̄ ſummam caritatem exhibui oui erran-
ti:et in nullo michi peperci. Subdit eciam ibidem de
indulgencia facienda fratri. cum parabola de ſeruo
nequam:q̄ noluit miſereri cōſerui ſui. Vbi notatur.
et ſanctus thomas concordat:q̄ correctio eſt op⁹ mi-
ſericordie. Vnde ſicut elemoſina corporalis amittitur
niſi ex caritate fiat:ſic eciam elimoſina ſpiritualis.
Correctio eī pocius dicitur opus caritatis q̄ curacio
infirmitatis corporalis. vel ſubueīcio q̄ excludit̄ exte-
rior egeſtas:vt idē ſcūs doctor dicit. Ex q̊ ſeq̄tur.q̄ q̄
caritatē nō hȝ.nō ē aptus ad correctionē alterius:
ſicut nec ad aliquod aliud opus virtutis debite faci-
endum. Ne autem adhuc dubiū habeamus de hac
caritate. an videlicet. qualiſcumqȝ ſuperficialis ca-
ritas ad hoc ſufficiat:beatus auguſtin⁹ eam nobis
clare diffinit ſup epiſtolam ad gal. dicens. Nunq̄
alienū pcā obiurgādi ſuſcipiēdū ē negociū:niſi cum
internis interrogacionibus examinātes noſtrā con-
ſciēciā.liq̄do nobis corā deo rn̄derim⁹. dilcōe nos fa-
cē. Ecce q̄le tribunal hic nobis duplicatū ꝓpoīt:dei
videlicȝ et cōſcīe. Aduerte hic ſtudioſe:q̄ eadem ge-
neralitate iam dicit nūq̄ eē corripiēdū. ſicut añ. ſep
dixit corripiēduȝ:hoc ē dicere.q̄ nūq̄ fieri debet ob-
iurgacio niſi ex zelo vere et nō ficte dilcōis. Qui alit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

facit.damnacionem ſibi acquirit· tamq̄ a propria
conſciencia et diuino iudicio reprobatus· Siquidē
talis non officium emendatoris ſed improperatoris
ſumit· nec cōpatitur fratri delinq̄nti · ſed cōgaudet
pocius ſuper iniq̄tate· ¶ Scdo correctoꝛ habere de-
bet humilitatē: quod colligitur ex· 7· capitulo Ma-
thei vbi dominus dicit· Ypocrita eice primū trabem
de oculo tuo· Vbi dicit Criſoſtimus: q ypocrita non
vult alios ſaluare· ſed per bonam doctrinam malos
actus celare: et ſciencie laudem ab homib9 querere·
Arrogantes enim prompti ſūt· ꝛ curioſi ad alioruꝫ
peccata diiudicanda et ſua excuſanda: quod diuine
iuſticie plurimū diſplicet· Unde idem criſoſtim9 dicit:
q vbicumqꝫ dn̄s vult monſtrare magnū aliq̄d pec
catū· a cōtumelia incipit· vt hic: et ibi ſerue neq̄· Ex
quo ſequitur: q ille q̄ eſt in peccato mortali et vult
aliū arguere· peccat mortaliter· Hic tn̄ excipit vlti
cius illū q̄ non eſt prelatus: cuius peccatū ſi occultū
fuerit· tenetur ſi occaſio ſe offert ad corripiendum
primū: et nō peccat hoc faciēdo licet nichil mereat·
Prelat9 autē ſiue ſit eius pcc̄m occultum ſiue mani
feſtum· peccat ſi corripit vt prelatus: quia q̄cumqꝫ
officio ſuo indigne vtitur peccat· Et ſi non corripit:
eciam peccat · Nec tamen eſt perplexus: quia poteſt
peccatum ſuum corrigere· vel officium reſignaē: vel
humiliter peccatum recognoſcendo alium monere·
non per modum corripientis· ſed p̄ modū rogantis·

Jdē iudiciū eſt eciam.ſi pſona ſimplex fuerit in pccō
mortali manifeſto:tūc poteſt et debet eciaꝫ āmonere
rogādo.Quare autē tā graue peccatum cōmittit pec
cator corripiendo·ideo eſt.vt ſcūs thomas dicit·quia
tria mala ibi cōcurrūt:pmo quia eſt indign⁹ ad hoc.
ſcdo quia eciā ſcandalū facit ꝓximo:tercio ꝙ ſupꝑ
bie vicium incurrit·quaſi ꝓpria peccata pui pēdens
ſeipſū ꝓximo prefert·peccata ei⁹ auſtera ſeuerita
te diiudicās·ac ſi ipſe iuſt⁹ eſſet Vt autē tāta mala
vitarē poſſim⁹:attēdēda eſt illa doctrina btī augu⁹ de
ſer·dm̄ vbi dicit Accuſarē vicia.officiū ē bonoꝝ:qd cū
mali faciūt alienas ptes agūt·Cogitem⁹ ergo cū ali
quē repħendē nos neceſſitas coegerit·vtrū tale ſit
vicium quod nunꝙ habuim⁹:et tunc cogitem⁹ nos
homines eſſe et habere potuiſſe:vel tale ꝙ habuim⁹
et iam nō habem⁹:et tunc tāgat memoriā cōis infir
mitas vt illā correpcōez non odiū ſed miſericordia
precedat·Si autem inuenimus nos in eodem vicio
eſſe.non obiurgemus ſed cōgemiſcam⁹:et ad equa
liter conandum inuitemus·Ceterū vir bone volun
tatis multa indiget humilitate in hoc opere:ne ſi ꝓ
ſpere cuncta ſuccedant·ipſe in ſuperbiam corruat et
laqueum diaboli·Solet namqꝫ huic operi magniſi
co quod iure miraculis prefertur ſcḋm gregorium·fa
miliariter nimis ſubrepe vana gloria:et multi hac
occaſione proſtrati ſunt·Hinc apoſtolus monet cō
ſiderare ſeipſum ne temptetur·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tercio debet habere prudenciam: quod colligitur ex illo verbo domini Mathei. 7. quomodo dices fratri tuo. frater sine eiciam festucam de oculo tuo: et ecce trabs ē in oculo tuo: Ubi tangitur duplex stulticia? primo quia ipse cū sit cecus vult aliū ducere: 2° quia seipsū negligit. Econtra vera prudencia non se intromittit de hijs q̄ excedunt facultatem suam. Insup seipsam ante omnia saluare contendit: ſm illud mathei. 16. Quid prodest homini si lucretur vniuersū mundum seipsū autem perdat? et detrimētū anime sue faciat? Sollicite ergo puideat. ne piculū incurrat. aut se aut fratrē piculo exponat? ne eciā laborem suū perdat: et q recōpensacio sit digna subsequētis fruct9 ad obiurgacionem vel turbacionem precedentē. De hoc sic dicit Crisostō9 1 dial°. Nō vniformiter ſm mēsuram delictorum increpaciones quoqz oportet īferri: sed diligenter inspicere eorum q̄ deliquerūt vires atqz propositū ne forte volens rupta sartire maiorē operetur dirupcōez: et cupiēs erigē collapsa. casū inferat grauiorē. Itē cassio. Egris nō vna cā salutis ē: alt ci bis reficit. alter p abstinēcie bn̄ficia tenuat? et ideo vbiqz necessaria pbatur esse prudēcia: q̄ reb9 oibus adhibere videtur accommoda. De hac aliqua supra dicta sunt. et superfluū est plura apponere: cū totum pondus huius materie ex ea dependeat. Unde sanct9 Thomas dicit: q correctio delinquentis pertinet ad aliquem. inquantū viget in eo rectū iudiciū racōis.

Quarto debet habere paciēciā et mititatē. ꝓpter duo⁊
primo ne appareat turbulētus in ipo actu correpcio
nis: 2º ne scandaliset correptū. si forte min⁹ suauiter
respōderit ei. aut aliq̄ cōuicia sibi in faciē reiciat vn̄
ipſe correctoꝛ turbari aut cōtriſtari veriſimilit poſſet.
Freq̄nter enim accidere ſolet. vt eadem menſura re
metiatur correctori. qua ipſe menſus ē ipſi correcto⁊
ꝑm illud vulgatū. criminoꝛ te criminoꝛ a te. Oportet
ergo q̄ ille q̄ in hoc congreſſu magiſterij vicē tenet.
eciam dulcis paciencie precipuū exemplar prebeat:
alioquin totum huius tā ſublime virtutis exercitiū.
in materiam furoris conuertetur. Hoc colligitur ex
dicto apoſtoli gal. 6: vbi dicitur. Fratres et ſi preoc
cupatus fuerit homo ī aliquo delicto: vos q̄ ſpiritua
les eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Et
ꝑme theſ. tercio Audiuim⁹ enim. et cetera. Et nolite
q̄ſi inimicū exiſtimaē: ſz corripite vt frēz. Ambroſi⁹.
Plus ꝓficit amica correctio: q̄ accuſacō turbulenta.
Illa pudorē incutit: hec indignacōez mouet. Dulcioꝛ
ē religioſa caſtigacō: q̄ blanda remiſſio. Et ſi opus
eſt vt foris terribiliter ſonet increpacio: intus tamē
lenitatis teneatur dilectio. vt auguſtinus dicit. Hec
autē quo ad primā ſpeciem correctionis q̄ fraterna
dicit̄. ſufficere putātur. Sz q̊ ad ſcdā oportet opponē
iuſticiā et fortitudinē: ſicut de ſcō ambroſio legim⁹.
q̄lit̄ ipatori reſtitit eū excoīcando: ꝑ nichilo hn̄s oīa
picula corporis. et ſbſtācie ſue. Silia mlta de alijs

ſanctis habemus exēpla· Qui enim taliter pcedere volunt· tociēs quociēs animam ponūt in manibus ſuis Et hic tene precōſiliari non eſt inutile·

Qualis debeat increpari ſiue corrigi·

Dicendum q̄ ſcdm neceſſitatem precepti· ille q̄ corrigi debet rite· iuxta premiſſa· oportet ad minus q̄ ſit in aliquo peccato mortali· ſiue occulto· ſiue manifeſto· cum tali tamen veriſimili coniectura· q̄ ſit emēdabilis· alioquin ſi non eſt ſpes de emēdacione· tūc non eſt obiurgandus ne peior fiat· Hoc expreſſe ſcriptura dicit prouerbior· ·9· Noli arguere deriſorem· ne oderit te· gloſa· Non eſt timendum ne tibi deriſor cum arguitur contumelias inferat· ſed hoc pocius prouidendum· ne tractus ad odium inde peior fiat· Hanc ſiquidem humanitatem quiſq; alteri tenetur· vt quem non poteſt facere meliorem· ſaltem non faciat peiorem· Hic ſanctus thomas excipit illum caſum· quando peccatum eſt notorium· ⁊ ita ſcandaloſum q̄ ſine aliorum periculo non poſſit ſuſtineri· tūc ſi aliud non obſiſtat· prelatus debet procedere ad correctionem· et eciam punicionem delinquentis ſi opus eſt· vt alij timorem habeant· et ipſe ſaltem coactus a malis deſiſtat· Si autem delinquens ſit tirandus ⁊ potens· ita q̄ obiurgacio vergat i periculum eccleſie et oppreſſionem fidelium· tunc iterum ē diſſimulandū· et domino iudicium committendum Scdm vlricum in hoc caſu michil reſtat niſi orare pro